

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Nummotheca Principum Austriae**

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

**Herrgott, Marquart**

**Friburgi Brisgoviae, 1752**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](#)

(17.), sterile fuit. At ex M A R I A *Burgundica* præter P H I - M A X I -  
L I P P U M , M A R G A R I T A M suscepit, JOHANNI , F E R D I N A N D I C a - M I L I A -  
t h o l i c i filio primum (78.), deinde P H I L I B E R T O *Sabaudie* Duci nu- n u s I.  
ptam , (80. 81.) quo anno 1504. e vivis erepto , ad statum  
viduitatis (82.) redacta , Belgii præfecturam ad annum usque  
1530. sibi emortualem , gessit. Cæterum de nothis MAXIMI-  
LIANI duo dumtaxat nummi ad manus nostras pervenerunt: G E -  
ORGII ab Austria , Ducis *Bullonii* ac Comitis *Loffensis* (83. 84.)  
*Brixiae Leodiique* Episcopi.

Incredibile est , quantos labores , toto vitæ suæ tempore Cæsar  
perpessus sit , quantaque discrimina (21.22.) adierit. Quibus denum  
succumbens , apud *Welsam* , *Austriæ* oppidum , XII. Januarii terrestrem  
coronam cum cœlesti commutavit (40.41.) anno Domini 1519. cum  
vixisset annos 59. menses undecim , minus diebus decem: regnasset vi-  
ginti quatuor & semis. Symbolum eius , quo plerumque , cum in  
expeditionem iret (15. 25-28.) , usus est , huius erat sententia :  
TENE MENSVRAM ET RESPICE FINEM (89.).

Nummi commercio destinati , vel unciales sunt (47-52.) , vel  
monetae minores (53-66.) quorum nonnullæ *Regalium* nomine veni-  
unt (53.): alia *dimidii albi* tum vocati , pondus unius denarii hodierni  
æquant (57-60.); utriusque præter effigiem Cæsaris , in nonnullis obvi-  
am , vel aquila Imperii biceps coronata (54.55.) vel tesseræ provin-  
ciarum (56-65.) insculpta. Adiicitur quoque non raro vel ex  
toto (48. 49. 52.) , ve ex parte (50. 51. 66.) , Ordinis aurei  
velleris insigne.

## NUMMI HISTORICI.

### I.

Tab. X. MAXIMILIANVS. AVSTER. Pro-  
tome Archiducis armata , cum  
calantica in capite , ad lœvam  
converso: defluente ad tergum  
cæsarie , pro more eius sæculi,  
æqualiter præcisa. Inferne no-  
men artificis legitur: OPVS CA-  
RO. n. s.

CAROLVS. BVRGVNDVS. Pro-  
tome Ducis armata , cum bre-  
vibus capillis , capite caliptra  
operto , & ad lœvam respici-  
ente.

Numisma isthac anno 1475.  
quo initis apud Novefium ,  
FRIDFRICUM III. Aug. inter &  
CAROLUM Burgundiæ Ducem ,  
pacis conditionibus , MAXIMI-

LIANUS cum huius filia unica  
MARIA , cum omnibus provin-  
ciis hereditariis : si CAROLUS,  
nulla alia prole auctus , ex hac  
vita decederet , despontatus est.  
Licet enim pacti huius nullum  
præbeat nummus vestigium ;  
cum tamen hoc anno a prid.  
Calend. Jun. amicitia inter FRI-  
DERICUM , & CAROLUM coalue-  
rit , nec ultra diem XIII. Sept.  
eiusdem anni , quo is cum LU-  
DOVICO XI. Galliarum Rege  
novennales inducias pactus , fi-  
liam suam CAROLO VIII. tunc  
*Delphino* destinavit , firma per-  
manserit : comodius sane tem-  
pus , quo nummum hunc emer-  
fisse dicamus , vix assignari po-  
terit ; nisi spatium illud , quod  
a die ultima Maii ad decimum

ter.



MAXI-  
MILIA-  
NUS I.

tertium Septembris effluxit; ut  
pote quo socero generoque fa-  
cile in mentem venire potuit,  
ut effigies utriusque, numisma-  
te consignatæ, ad posteriorum  
memoriam transmitterentur.  
Neque etiam num̄i natales,  
in annum insequentem, aut ul-  
tra CAROLI cædem, quæ in diem  
v. Januar. anni 1477. incidit,  
retrahere, aut inter nummos  
restitutos numerare possumus;  
cum nihil admodum sit, quod  
id suadeat; immo simplex MAXI-  
MILIANI titulus contrarium po-  
tius innuere videatur. Clar.  
quidem HERÆUS idem numis-  
ma in tabulam Magistrorum  
Ordinis aurei velleris eam forte  
ob caussam retulit; quia MA-  
XIMILIANUS CAROLO in Magi-  
sterio inclyti illius Ordinis suc-  
cessit. Verum cum nullum eius  
Ordinis in numismate appareat  
indicium; allatas rationes præ-  
ferre visum est. *M. Imp. ar.  
pond. semiuncia.*

## II.

MAXIMILIANVS. MAGNANIMVS  
ARCHIDVX AVSTRÆ BVRGVN-  
DIÆ. Protome Archiducis in toga  
pellicea replicata, opere phrygio  
contexta, capite laureato, & ad  
lævam converso. In area hinc  
inde ÆT - ATIS 19.

CAROLUS D.ei G.ratia. D.ux  
BVRG.undia. Protome CAROLI  
adversa fronte, capite nudato,  
cum Ordinis aurei velleris in-  
signi. Formula *Dei Gratia* vi-  
ventem quidem CAROLUM in-  
dicare videtur; at ex adiecta æra  
ætatis MAXIMILIANI conficitur;  
numisma hoc, anno 1477. &  
quidem post cædem CAROLI si-

(a) Syllog. numm. uncial. pag. 7.

gnatum fuisse. MAXIMILIANVS Tab. X  
enim in perigrapho titulum Bur-  
gundiæ Ducis usurpat, quod vi-  
vente socero nec fecisset, nec  
iusto titulo facere potuisset. Per-  
suasum itaque nobis est, num-  
mum nuptiarum tempore pro-  
diisse; ut quemadmodum MA-  
XIMILIANI & MARIAE effigies,  
uti mox videbimus, eadem oc-  
casione, non semel in eodem  
numismate coniunctæ sunt; ita  
& socero, quamvis iam defun-  
cto, idem honos adhiberetur.  
Certe agnomen *Magnanimi*,  
quod hic legimus, & corona  
laurea, qua caput redimitum  
est, nec non & reliquis oris  
habitus, satis clare ostendunt,  
Archiducem iuvenem, sponsum  
repræsentari; namque hac ea-  
dem forma in sequentibus num-  
mis nuptialibus, unacum spon-  
sa MARIA, aliquoties fistitur,  
eodem *Magnanimi* titulo ad-  
iecto.

JACOBUS a MELLEN Vir Clar.  
(a) lauream hanc titulumque  
ob reportatam a Gallis victoriam  
anno 1479. MAXIMILIANO tribu-  
tum fuisse asserit; sed præter num-  
morum fidem: cum in num̄is  
nuptialibus, mox producendis,  
utique ante eam victoriam per-  
cussis, cum eadem corona titulo-  
que compareat. Tab. H.

## III.

MAXIMILIANUS. R. B. MARIA  
D.ux BVRG.undia. In exergo  
nota Chronologica 1477. MA-  
XIMILIANUS & MARIA conversis  
vultibus, stantes, manibusque  
scutum una sustinentes. Ille ar-  
matus, succinctorio instructus, &  
pilco

Tab. X. pileo Archiducali opertus, a dextris: hæc a sinistris, stola longis latisque manicis induita, & pileo ducali ornata, deflente a tergo tænia ampla, cingulo tenus replicata. Superius inter capita sponsi & sponsæ radii ex alto demittuntur. Scutum quadripartitum est: primus & quartus quadrans symbolum *Austriæ* veteris, non quidem quinque, sed tribus dumtaxat avibus impressis, exhibent. In secundo & tertio *Burgundie* & *Brabantie* tesseræ iugatæ cernuntur.

IN. GODTS. HANT. HABEN. WIER. ES. GESTALT. i. e. in manu Dei hoc nos reposuimus. Scutum MAXIMILIANI maius quadripartitum, & pileo Archiducali tectum. Primus quadrans in quatuor areolas divisus, quarum prior & quarta *Austriæ* novæ, secunda & tertia veteris symbola ostendunt. Secundus quadrans tesseras *Styriae* & *Carinthia* coniungit. Tertius *Carniola* & *Tyrolis* aquilas complectitur. Quartus leonem *Habsburgicum* habet.

Typum nuptialis huius numismatis Cl. HERÆUS tabulis suis inseruit, eundemque ære excusum Cl. KOEHLERUS (a) notis illuſtravit, qui vero ingenuæ fatetur: se nescire, quid sibi velint illæ siglæ r. & b. in adversa nummi parte exprefſæ; quæ difficultate non carent. At si omnes & singulas nummi partes, ac res circumstantes diligenter perpendamus, siglæ illæ vix, ac ne vix quideū aliud

TOM. II. P. I.

(a) M. B. L. P. IV. p. 65.  
(b) de Sigill. Com. Fland. p. 105.

denotare possunt, quam R. egen- MAXI-  
tem B. urgundiae. MAXIMI- MILIA-  
LIANUS enim, celebratis cum NUS I.  
MARIA nuptiis, titulos paternos, Austriacis communes, initio (Austria excepta) omisit; uti observat VREDIUS (b) & postquam mense Augusto eiusdem anni 1477. MARIAM uxorem duxerat, sequenti mense Septembri, die XII. dato dipломate iam usus est titulo Ducis: *Austriæ*, *Burgundie*, *Lotharingiae*, *Brabantie* &c. illudque diploma, novo nondum utriusque sigillo parato, signandum curavit avito sigillo, tesseris *Austriæ*, *Habsburgi*, *Carinthiae*, *Carniolæ*, & *Styriae* insignito (c). Itaque ipso die nuptiarum satis forsan erat sponso, se per siglas illas R. B. R. egentem B. urgundiae spectabilem præbere. Hæc de vexatissimis illis figlis notasse sufficiat, donec ab alio meliora afferantur.

Ipsum numisma in memoriam matrimonii, cum MARIA Burgundica initi, signatum fuisse, forte non est, ut pluribus moneamus; cum id obiter inspectum rem satis aperte declareret. Num vero ad priorem illum contractum, quo MAXIMILIANUS per Procuratorem suum LUDOVICUM Bavariæ Duce-  
m xxvi. Aprilis anno 1477. matrimonii fœdera iniit? an ve-  
ro ad diem xx. Aug. quo Prin-  
cipes Gandavi solenni preca-  
tione iuncti sunt, pertineat? de  
hoe equidem dubitari potest.

Laudatus KOEHLERUS, qui nummum eruditis notis illuſtri-

C  
vit,

(c) Id. ibid. p. 103.

MAXI-  
MILIA-  
NUS I.

vit, satis habet, *Nuptiale*m vocātē, nulla habita, illius aut alterius solennitatis ratione. Verum cum occasione nuptiarum Gandavi celebratarum aliud numisma, mox producendum, suppetat: præsenti, memoriam prioris illius pactionis conservari putamus. In hoc enim MARIA futuro sposo scutum Burgundicum, atque adeo iura in provincias hæreditarias traditura depingitur; id quod præcipue priori illa legatione actum est. Traditura, inquam, celebratis postea nuptiis. Hinc est, quod MAXIMILIANUS nondum DUCIS Burgundiae, sed REGENTIS duntaxat, uti observavimus, titulo utatur, ac utriusque scuta adhuc seiunctim compareant. Cum e contrario in sequenti numismate, amborum insignia in unum idemque scutum conflata sint, titulique Ducum *Austriae*, & *Burgundiae* utrique in commune tribuantur. Concordat præterea perigraphe partis aversæ, quæ, ut consideranti patebit, non nisi ad solennem quandam pactionem adulere videtur. *M. Imp. ar. pond. semiunc. drach. 3.*

## IV.

MAXIMILIANUS. ET MARIA.  
DEI. GRA. tia DUX ET DUCISS. a  
AVSTRIE. BURGUNDIAE LOT. ha-  
ringia. BR. abantia. z. id est cetera.  
Scutum quadripartitum, torque aurei velleris cinctum, imposito inter æram Christi 1477. galero Archiducali. Primus quadrans a summo bipartitus, continet insignia *Austriae* vetera, & recentiora. Secundus eodem

(a) Vid. OLIVARII VREDII Sigilla Flandriae in Indice.

modo divisus, novæ & antiquæ Tab. X.  
*Burgundiae* symbola: hoc rursus cum *Brabantica* tessera bipartitum. Tertius quadrans in longum tripartitus est: primus laterculus *Styriacus*, secundus debet esse *Carinthiacus* (a) sed per errorem scalptoris alteratus. Tertius *Carniolensis*. Quartus quadrans iterum *Burgundia* veteri, *Limburgo*, & nova *Burgundia*, eodem modo sectus. Parmula *Flandrica* cum *Tyrolensi* omnibus imposita.

Ara, in qua icon Beatissimæ Virginis Dei Genitricis stantis, ac puerulum JESUM in ulnis suis sustinentis conspicua, afflentibus sibi S. ANDREA, crucem, ab eius nomine dictam, prendente, a sinistris S. SEBASTIANO, dextra telum, fin. palmæ ramum tenente. Superne in margine nummi, aquila Imperii biceps impressa: additur perigraphe, quæ ex *Cant. iv. 7.* desumpta est: TOTA. PVLCRA. ES. AMICA. MEA. ET MACVLA. NON. EST. IN. TE. Ad hanc aram, quæ Gandavi est, anno prædicto, die xx. Augusti, procurante sacra Episcopo Tornacensi, a JULIANO Summi Pontificis Legato, Principes sponsi matrimonio iuncti sunt. Vide etiam, quæ ad nummum proxime antecedentem adnotavimus.

Notatu porro dignum est: scutum Burgundo-Austriacum, iam iam hoc anno torque aurei velleris cinctum, comparere: quum MAXIMILIANUS anno prium subsequenti 1478. magisterium huius ordinis assumpserit; sed, quoniam MARIA paternis

**Tab. X.** ternis usq; est insignibus , eius ordinis tessera in hoc nummo addita quoque fuit. *Tab. H.*

**V.**

**MAXIMILIANVS DVX AVSTRIAЕ:** *BVRGVND i.e.* Protome **MAXIMILIANI** fere ut num. II. capite ferto redimoto , promissa cæfarie , venusta & liberali facie.

**MARIA DVX BVRGVNDIAE: AVSTRIAЕ:** Protome **MARIAE**, sponsæ formosissimæ , capite seruo pariter redimoto , dextrorsum converso , venusta capillatione , colloque torque ornato. Dubium non est , quin elegans hoc numisma ad solennes **MAXIMILIANI & MARIAE** nuptias Gandavi xx. Augusti , dicto anno celebratas , pertineat; cum & hic Austriae Burgundiæque titulis ambo utantur , id quod ex nummis amplius patebit. *M. Imp. ar. deaur. pon. I. unc. M. Buol. ar. S Tab. H.*

**VI.**

**MAXIMILIANVS. FR. iderici CAES. aris. F. ilius DVX. AVSTR. i.e BVRGVND. i.e.** Protome **MAXIMILIANI**, ut num. præcedenti: nisi quod caput ferto laureaque simul cinctum sit.

**MARIA. KAROLI. F. ilia DVX. BVRGVNDIAE. AVSTRIAЕ. BRAB. antia c. omes FLAN. drie.** Protome **MARIAE** cum stola, capite nudo sinistrorum respiciente , crinibus in nodum adstrictis. Pone monogramma eiusdem conspicitur, pileo ducali tectum.

Hunc quoque nummum nupcialibus adnumeramus ; tum

**TOM. II. P. I.**

(*a*) Apud FREHER. Rer. Germ. Scriptor. T. II. pag. 66.

quod **MAXIMILIANI** caput non **MAXI**solum lauro , sed alio quoque **MILIA**serto cinctum compareat: vide **NUS I.** tur enim tum temporis in usu fuisse , ut sponsæ Principes , sponsos suos , cum matrimonia inirent , sertis donarent; uti ex *Diario CUSPINIANI* (*a*) colligitur; tum quod ambo in perigraphe parentum suorum mentionem faciant; tum denique , quod ambobus nomen **DUCIS** tribuatur , haud secus ac num. v. vidimus : alias præter morem **MAXIMILIANI** , qui, ut par erat , *Archidux* appellari voluit ; at celebratis nuptiis , cum unus alterius provinciarum titulos assumpsisset , sponso satis erat , vocari *Dux Austriae & Bur*gundia , cum e contrario sponsa *Dux Burgundia* , *Austria* , *Brabantia* , & *comes Flandria* appellaretur.

Notandum porro: posticam huius nummi partem a Clar. HERÆO in tabulis familiæ Austriae sigillatim relatam esse , absque parte antica ; unde conjecturæ locus : hanc **MARIAE** effigiem in nummo cum epigrafe , forte ante nuptiarum solennia communicatam fuisse cum **MAXIMILIANO** sponso , qui exinde priorem nummi partem pari forma, ad imitationem sponsæ , fieri iussit. *Tab. H. M. Buol. M. S. B. e.*

**VII.**

**MAXIMILIAN9 MAGNANIM9 ARCHIDVX. AVSTRIE. BVRGVND. i.e.** In umbone hinc inde per transversum: *ETATIS 19.*

**MARIA. KAROLI. FILIA. HERES. BVRGVND. i.e. BRAB. antia**

**C 2**

**CON-**

MAXI-  
MILIA-  
NUS I.

CONIVGES. ETATIS. 20. Numisma hocce præcedenti in multis simile. Excipe, quod hic caput MAXIMILIANI lauro, non item altero illo serto redimitum, compareat: sed contra additi sunt anni ætatis sponsi & sponsæ, quorum ille undeviginti annorum recte scribitur; quippe qui anno 1459. die xxii. Martii in lucem editus est: adeoque die xx. Aug. 1477. annum octavum supra decimum, & menses quinque, demptis duabus diebus, expleverat. At MARIA anno 1457. xii. Febr. nata, ut PONTUS HEUTERUS auctor est (a) nuptiarum tempore annum ætatis, secundum nostrum computandi modum, xxii. pridem inchoaverat. Unde, quemadmodum in figura MAXIMILIANI ætate observatum est, menses illi excedentes, pariter pro anno computandi erunt; adeoque dicendum videtur: MARIA Sponsam solenni die nuptiarum, secundum HEUTERI relationem, annum ætatis primum & vigesimum egisse, secus ac ex nummo apparet. Hanc difficultatem ut tollamus, animadverti meretur: ea tempestate apud Gallos, Lotharingos & Belgas, antiquum usum adhuc obtinuisse, ut alii ab Annuntiatione B.V. MARIAE, xxv. Martii, alii a Paschate annum solarem ordirentur: donec anno 1564. CAROLI IX. Francorum Regis, & anno 1580. CAROLI III. Lotharingiæ

(a) Rer. Burgund. Lib. IV. p. 143.

(b) Vid. DUFRESNE Glossar med. & infimæ Latinitatis edit. Benedict. Congreg. S. Mauri, Venetæ, in voce *Annus* col. 433. seqq. &

Ducis, edicto cautum est, ut <sup>Tab. x.</sup> in publicis ac privatis tabulis, anni exordium a Calend. Januariis repeteretur; quorum exempla Belgæ quoque fecuti sunt. Quo circa & id obser-  
vandum: quod annos Nativitatis, a Romanis acceptos nihil secius haud præverterint, sed trimestri spatio posteriores fuerint (b). Ex quibus plane b consequitur: MARIA, secundum communem ac hodiernam annos putandi rationem, revera XII. Februarii anno 1458. natam, die nuptiali annum ætatis 20., ut in nummo recte adscribitur, egisse. Quod ad MAGNANIMI titulum, in numero additum, spectat: repeti poterunt, quæ ad nummum, secundo loco descriptum, in calce notavimus. M. Imp. ar. pond. dimid. unc. drach. 2.

## VIII.

Pars adversa eadem cum præcedenti: quanquam alio ex modulo prodierit. Perigraphe aversæ itidem convenit. At protome MARIAE in veste, ope-  
re phrygio contexta, fistitur, cum pileo turbinato in capite. Desiderantur quoque anni ætatis utriusque. Sed hoc tamen minime impedit, quin num-  
mum nuptialibus, utpote cum cætera præcedenti correspondeant, adnumeremus. Id solum exinde consequitur: plura nu-  
mismata mnemonica, occasione harumce nuptiarum, MAXIMI-

LIA-  
MABILONIUM de Re Diploma-  
tica lib. II. cap. 23. ibidem lau-  
datum, nec non Rev. CALME-  
TUM Praefat. ad Rationar. temp.

Tab. X. LIANI & MARIE honoribus fuisse dicata. Quod quidem operæ pretium erat; utpote, cum exinde plures, eaque insignes hereditati Austriacæ accreverint provinciæ.

## IX.

MAXIMILIANVS DVX AVSTRIÆ BVRGVND. i.e. Protome Archiducis ad modum num. II. descriptum: at caput duplici ferto redimitum est.

Vellus aureum ex ignitabulo dependens, sparsis in umbo ne igniariis & silicibus, unde scintillæ profiliunt, additoque lemmate Gallico: JE LAY EMPRINT. cum æra Christi: MCCCCCLXXVIII.

PHILIPPUS Bonus, Burgundiæ Dux, qui avus erat MARIE, MAXIMILIANI uxoris, ordinem aurei velleris instituendo, symbolum, in hoc numero expressum, adoptavit, adiecto lemmate: AUTRE NAURAY.

quod CHIFLETIUS (a) ita interpretatur: *Aliud non habeo.* Cautum quippe erat Constitutionum Ord. cap. II: ne sodales ulli alteri militiæ sua darent nomina. Quanquam hoc ultimum, singulari postea CAROLI V. privilegio, nonnihil immutatum sit. Scriptor anonymous, qui Wiennæ anno 1728. de aureo vellere opus in fol. edidit, cap. IV. lemma illud PHILIPPI, quod limbum pallii Equitum Ordinis ambiebat, per hæc verba exponit: *Alterum non habeo.*

CAROLUS Audax, seu Bel-

(a) Brev. Hist. incliti Ord. Aurei vell. c. IV.

licosus Burgundionum & Bel-MAXIGARUM Princeps, hoc lemma MILIATIM immutavit, repositis propriis symboli verbis: JE L' AY EMPLIS, id est: illud suscepit (b). Prædictus auctor Wiennensis citato loco legit: JE L' AY EMPLIS, atque per verba: *Ego illum suscepit*, reddit, quæ in hoc solum differre videntur a priori illa formula: quod suo PHILIPPUS lemmate, *in futurum* nullum se alium Ordinem susceptum, promittat: CAROLUS vero *in praesenti*, seu potius *de preterito* loquatur: isti se Ordini nomen dedisse.

MAXIMILIANUS itaque, cum anno MCCCCCLXXVIII. magisterium Ordinis susciperet, hoc socii sui exemplum secutus, symbolum retinuit, eique lemma adscribi iussit: JE L' AY EMPLIS. M. Imp. e. M. S. B. e. deaur. & in Tab. H. de Mag. Ord. aur. Velleris.

## X.

Typus utriusque faciei, ut num. VII. nisi quod caput MARIE dextrorum respiciat. Variat quoque nonnihil in perigraphæ, quæ sic sonat: MAXIMILIANVS. MAGNA. NIMVS. ARCHIDUX. AVSTRIÆ. BVRGVNDIÆ. ÆTATIS 19. & in aversa: MARIA. KAROLI. FILIA. HERES. BVRGVND. i.e. BRAB. antiæ CONIVGIS (errore monetarii, pro CONIVGES) ETATIS. 20. 1479.

Adiectus annus Incarnationis 1479. satis declarat, nummum haud quaquam eo tempore produisse, quo MAXIMI-

C 3

LIA-

(b) Id, cap. X.

MAXI-  
MILIA-  
NUS L.

LIANUS & MARIA aut matrimonio iuncti sunt, aut ætatem, quam is innuit, agebant; cum utrumque, ut paullo ante vidimus, cum anno 1477. congruat. Exinde tamen facile arguitur, nummum hunc, ut & sequentes duo, nuptiarum primum diei destinatos, anno 1479. quo MAXIMILIANUS suo fugatoque ad *Guinegatum*, Artesiæ vicum, Duce CORDÆO, eximiam de Gallis victoriam retulit (a), repetitos fuisse: superaddita, ac primum incisa æra Christi 1479. quæ tempore nuptiarum omissa erat; quippe quod tum ex adiecta mensura ætatis utriusque sponsi, anni Christi facile intelligerentur. Habent enim archetypa, præcipue duorum insequentium, tantam cum nummis num. VII. & VIII. descriptis, quos ad dictam nuptiarum solemnitatem pertinere docuimus, similitudinem, ut ovum ovo vix similis sit. Vox etiam *coniuges*, quæ in altera parte legitur, nummi primam destinationem ad coniugium spectasse, innuit; quod cum recens adiecta æra Christi modo non permittat, ad dictam victoriam forte referendi erunt. Nonnunquam autem numismatibus, hac vel illa occasione percussis, aliquid adiectum fuisse, quo alterius rei memoria celebraretur; non est adeo insolitum, & exemplis demonstrari potest. Instar omnium sit numisma maximi moduli, in coronationem CHRISTIANI IV. Daniæ Regis signatum, atque in museo nostro

(a) Vid. Jac. a MELLEN Syllog. num. unc. p. 7.

asservatum. In eius adversa <sup>tab. x</sup> fronte CHRISTIANUS regio ornatu indutus, equo sub umbella, a quatuor viris gestata, sinistrorum vehitur, dex. scutum gerens, fin. frœnum tenet, addita, in area superiori, hac inscriptione: CHRISTIANO  
4. DANI. & NORV: egiae REGI: NAT: O  
1577 CONIUG: ato 1597 MEN-  
sis nov. embrys die 27. & in ex-  
ergo: VIVAT ET VALEAT C. L.  
R. M. NIC. S. F. 1596. quas  
ultimas siglas hunc forte in mo-  
dum interpretari oportet: c.um  
L. licentia R. egiae M. aiestatis NIC.  
s. ignari F. ecit. anno 1596.  
Ex hac utraque inscriptione ma-  
nifestum fit: numisma integro  
anno ante nuptias Regis signa-  
tum fuisse; cum tamen nihil  
minus earum annum & diem  
accurate designet, atque de iis,  
ut de re præterita memoret.  
Hoc vero cum ab eo, quisquis  
demum fuerit, qui *cum licentia*  
*Regis numisma signari fecit*, tam  
accurate prænoscii haud potuerit;  
supereft, ut dicamus, numisma  
in memoriam coronationis pri-  
mo conflatum, anno insequen-  
ti, quo impensarum compen-  
dium fieret, atque adeo una fi-  
delia duo dealbarentur parietes,  
repetitum fuisse, superaddito  
anno & die nuptiarum. Et id  
quidem tam facile erat, quam  
difficile fuisset, incisam semel  
matrici, quam vocant, æram  
Christi 1596. eradere, eiusque  
loco æram anni in sequentis sub-  
stituere. M. Imp. ar. pond.  
dimid. unc.

XI.

us adverbi 14  
regio or.  
o sub um.  
ris gefita,  
dex. scip.  
rimum te.  
superiori,  
CHRISTIANI  
EIGE NATI  
597 MES.  
& in ex.  
LEAT C. L  
596. quo  
erte in mo.  
ct: can  
atus NIC.  
1596. tione ma  
integro  
is signa  
nihilo  
k diem  
e de iis,  
emoret  
quisquis  
licentia  
cit, tam  
otuerit;  
amisma  
is pri  
equen  
impren  
una fi.  
rietes,  
addito  
Et id  
quam  
femel  
zram  
usque  
sub  
pond

KL